Esd. I. 9 5.

[illegible] eorum
quide captiuitate uenerant. & ego sedebam tristis usque ad sacri
ficium uespertinum. Et in sacrificio uespertino · surrexi
de adflictione mea & scisso pallio & tunica curuaui genua
mea · & expandi manus meas ad dominum deum meum & dixi. Deus meus
confundor & erubesco leuare faciem meam ad te · quoniam iniqui
tates nostre multiplicate sunt super caput & delicta nostra
creuerunt usque ad celum · a diebus patrum nostrorum. Sed & nos ipsi pec
cauimus grauiter usque ad diem hanc & iniquitatibus nostris Traditi
sumus ipsi & reges nostri · & sacerdotes nostri · in manu regum terrarum
in gladium & in captiuitatem · in rapinam & in confusionem uul
tus sic & die hac. Et nunc quasi parum & ad momentum facta est
deprecatio nostra apud dominum deum nostrum ut dimitterentur nobis
reliquie · & daretur paxillus in loco sancto eius · & inluminaret
oculos nostros deus noster. Et daret nobis uitam modicam · in ser
uitute nostra quia serui sumus · & in seruitute nostra non dereliquid
nos deus noster · & inclinauit super nos misericordiam coram rege
persarum · ut daret nobis uitam & sublimaret domum dei nostri.
Et extrueret solitudines eius · & daret nobis sepem in iuda & in hie
rusalem. Et nunc quid dicimus domine deus noster post hec quia
dereliquimus mandata tua que praecepisti in manu seruorum
tuorum prophetarum dicens. Terra ad quam uos ingredimini ut
possedeatis eam · terra inmunda est iuxta inmunditiam
populorum · ceterarumque terrarum abhominationibus eorum